vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, Legatione citra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad cui-ctorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos officij praefati Castrensis Capitan. Praemislien. terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, Statutis Iuris, praescriptione terrestri bello, Conventionibus, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

✗

Vigore Laudi z. Feria Quarta pridie Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo 6. 6. 9.

19/VI 1669

Iaworski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Basilius Iaworski Perlowicz sanus mente et corpore existens, a terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Marinus Iaworski olim Nobilis Stasij Iaworski Kosakowicz cum Nobili Anna Broszniowska consorte eius legitima procreati filius, sui vero Recognoscen. Conti legitima eiusque posteris sum

mam

nam Ducentorum Florenorum Polonicalium ratione dotis et expeditionis post eam acceptos et in domum suam importatos, necnon aliam similem Summam Ducentorum florenorum polonicalium, ratione veri iusti et liquidi Dotality, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon auri argenti, clenodiorum, unionum, Margaretarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, Orichalci, pecorum, pecudum, equorum equiarum, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitis et in posthabendis, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Marinam Jaworska, sui Recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius Utilitatibus, et usufructibus, Competentiaque et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorumque suis beneplacitis, libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Alter Jaworski Conti reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Iwan Horozkowicz sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus, actoribus suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam, libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Hala Jaworska Nobilis Wasili Jaworski Genitoris cum Nobili Marina Bilinska consorte eius legitima procreata filiae sui vero Recognoscentis Conti legitimae eiusque posteris Summam Centum Viginti florenorum polonicalium ratione dotis et expeditionis post eam acceptos et in domum suam importatos, necnon aliam similem Summam Centum Viginti florenorum polonicalium ratione veri

\# Jaworski